

27 Januar. 1616. A.

273

~~243~~

N. 71.

Sac. Ser^{ma} Regia M^{tas}

Beneficiorum M^{tas} V^{ae} magnitudinem, multitudinemq; silentio potius, quam alio quouis modo testarer: paria magnificentiae obsequia reponere nequeo. et verò imparia offerri erubescerem, ni M^{tas} V^{ae} beneuola humanitas etiam infima admittenda mihi persuaderet. Quare redeuntibus in Prouincias istas, absoluta feliciter Congregatione, Patribus tum Prouincialibus, tum Electoribus Socijs, qua debeo submissione, quae sola possum, hoc est, infima obsequia mea, Societatisq; vniuersa per eosdem, comitosq; has lras M^{tas} V^{ae} sacratum venio, adeoq; affectu, si non M^{tas} V^{ae} meritis pari, sanè quanto possum maximo; conabuntur etiam ipsi Patres, Socijq; per M^{tas} V^{ae} regna diffusi, eum ipsum studiosa obseruantia augere. Quod ut grauitèr agant, saepius author, hortatorq; accedam. Immensas interim M^{tas} V^{ae} pro tantis in hanc diem in vniuersam Societatem collatis beneficijs, particulares etiam pro Regia in Domum hanc nrām Romanam professam magnificentia per Patres submissa, humiliter habeo gratias; cumq; reliquis destituar, Omnipotentem Deum rogabo, ut multo faenore M^{tas} V^{ae} restituat, Regnisq; suis, nobisq; annis plurimis incolumem conseruet. Roma 27. Ianuarij 1616.

S. M^{tas} V^{ae}

Regi Polonia.

Hic millimus ac Deus: m. d. Ceu
Marius Violesu

276

Mary Ingham
Grant N. J. E. E.